



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 128. Caroli VII. edictum de scissionibus Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. *caturus est Eugenium, ut anno sequenti Ge-*
A.C 1440. nerale Concilium in Galliis celebraret, a
scissionem Ecclesiæ tollendam, de cetero re-
gat Patres Basileæ congregatos, & Domi-
num Sabaudium (sic Felicem novellum
hunc Papam nominabat) ut dimissis ce-
suris, & comminationibus, ad ea, quæ post
essent, serio intenderent. Ubi autem Rex
debite informatus fuerit de veritate causæ
stius, tunc veritate comperta & discussa, re-
bit cum ea, & adhærebit veritati Catholice.
 Denique responderunt Prælati: Quod ad
Pragmaticam Sanctionem spectat, Rex non
inviolabiliter vult observari in regno suo, & si
qua videntur nimis rigide in Concilio Bas-
leensi facta, in illo Generali Concilio a sum-
mo Pontifice in Galliis celebrando, moder-
rari poterunt.

§. CXXVIII.

Caroli VII. edictum de scissionibus
Ecclesiæ.

Hæc Regis responsio Basileensibus Le-
 gatis nimium quantum molesta acci-
 derat, facile prævidentibus, inde turgi-
 das spes, quas Felicis fautores concepe-
 rant, minimo minus annihilatum iri, dum
 Gallorum Rex repudiato Felice nomine
 Eugenium Papam, & Synodum Basile-
 leensem acceptaret. Ceterum Carolus
 VII. dato hoc responso undecima Se-
 ptembris

ptembris die legem sancivit, qua omnes Sæcul. XV.
 censuras tum ab Eugenio contra Basi- A. C. 1440.
 leenses, tum ab his contra illum latas
 executioni mandari prohibuit. Præle-
 gebatur hoc edictum non modo in Par-
 lamenti curia, sed etiam in quadam ge-
 nerali Parisiensis Universitatis congre-
 gatione, quæ apud Cistercienses cele-
 brata est.

§. CXXIX.

*Alphonsus Basileensi Synodo
adhærens.*

Equidem Galliarum Regis responsum,
 quocum Felicis Oratores dimisit, non
 parum Papæ hujus Sectatores offende-
 rat, eosdem tamen animo fractos paulis-
 per erigebant literæ Alphonsi Arrago-
 num Regis ad Basileenses datæ, in qui-
 bus eorum conventum nomine Oecu-
 menicæ Basileensis Synodi honorabat.
 Verum quibus vel modice privata Al-
 phonsi studia perspecta erant, dubium su-
 spectumque habebant istud Regis obse-
 quium. Is quippe Neapolis Regno in-
 hiabat; sed cum Renato Duci Andega-
 vensi, qui non tantum Regni illius Me-
 tropoli, sed magna etiam ejus parte jam
 potitus erat, imparem se videret, inde
 æmulum suum deturbare desperabat,
 remque suam in arcto positam merito ti-
 mebat.

*Surrata lib.
 14. cap. 34.
 & seq.*